UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Approbatio. Facultatis Juridicæ Salisburgensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61596

Visual Library

APPROBATIO FACULTATIS THEOLOGICÆ SALISBURGENSIS.

PRodit iterum COLLEGIUM Adm. R. Clariſs. P. LUDOVICI ENGEL, quod antea per *Partes*; nunc totum. plenâ facie *Collegialiter* collectum, unum *Corpus, Corpori* Juris conformatum, in lucem venit. Quanquam autem jam trinis priùs Approbationibus Theologicis; imò communi Doctorum expectatione, calculo, plauſu, receptum, probatum. in ſcholâ, foro libris allegatum, approbatione non egebat: tamen, quod in *majori formâ* prodit; etiam in *majori & meliori* formâ, in *Folio* nempe (quidni & ex folio Sybillæ) commendari debuit. Ego uno verbo abſolvo. *Angelicum* ab *Auctore*, doctrinâ, puritate, & claritate, ſive *Corpus*, (ſi ſic loqui liceat) ſive *Collegium*, dico: Dignum non tertio tantùm, ſed centeſimo prælo. Sic ſentio: ſic, quod bis olim probavi, approbo & judico. Salisburgi 1. Jan. 1681.

In vicem ſpectabilis D. DECANI Facultatis

P. JOSEPHUS MEZGER, Ord. S. Benedicti ad S. Petrum Salisb. Profeſſus & Prior, SS. Theol. & J. U D. Celſiſs. & Rev. Princip, & Archiep. Salisb. Conſiliarius Eccleſiaſticus, in Univerſit. Salisb. Procancellarius & S. Scripturæ Profeſſor Ordinarius.

APPROBATIO. FACULTATIS JURIDICÆ SALISBURGENSIS.

PRæſens Liber nunc ſecundùm ordinem Decretalium diſtributus commendatione non indiget, quia ipſum Excellentia Authoris *Angeli* abundè commendat, qui magnum Univerſitatis hujus lumen, & ingens Facultatis noſtræ decus extitit, jure proinde optimo Opus hoc *Angelicum*, toties deſideratum & publicè utile publicam lucem meretur. Ita cenſet

Salisb. 14. Januarij. Anno 1681.

JOANNES BAPTISTA MOSER, J. U. Doct. Celſiſſimi ac Reverendiſs. Principis & Archiep. Salisb. &c. Conſiliarius Aulicus Pandectarum Profeſſor Ordinarius, & p. t. Facult. Jurid. Decanus.